



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

§. 3. De qualitate, & efficacia probationum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

admonendi n. 39. de iure iur. & pendere ab arbitrio iudicis. l. 3. §. Tu magis scire tit. de testib. non sic accipiendum est. quasi iudici liceat admittere, vel probare illas arbitratu tuo, sed quod illius sit, de illarum qualitate & integritate discernere, credere vel non credere, modo ex rationabili causa procedat. *V. Tush. concl. 764. num. 14. & seq. Gaill. l. 2. obs. 94. n. 11.* Nam quæ legibus, & iure consentaneæ sunt, venerari necesse est. l. argentarius. §. fm. tit. eod. ubi DD. Bald. in l. probatum. C. de sentent. Non enim aliter, quam secundum allegata, & probata, iudicare potest, cum in eum finem, & cum illa obligatione, personam publicam sustineat. l. illicitas §. veritas de off. presb. c. Sacerdos tit. de off. ordin. l. si cum pater C. si adu. rem iudic. postul. Barb. in c. 1. de constitut. Mynsing. centur. 5. obs. 97. Zvingerus tract. de quest. & tort. c. 3. n. 49. Treut. vol. 1. disp. 12. n. 14. & vol. II. disp. 4. n. 9.

§. 3.

De qualitate, & efficacia probationum.

**I**ura, & iuriam interpretes consentiunt, quod probatio nulla sit fortior, & efficacior, quam quæ ex propria confessione sumitur. *Innoc. in c. proposuisti de foro compet. Bald. in Rubr. C. de probat. l. Paulus tit. Rem ratam hab. Bart. in l. maritus de quest. l. 3. tit. de iure iur. l. ason. in l. Titia n. 39. tit. de verb. oblig. l. licet impuberet 10. tit. de legat. 1. c. per tuas de prob. l. proinde tit. ad l. Aquil. Hinc spontanea confessio nocet etiam sine adminiculis. Alex. in l. pen. tit. de question. Anchar. in*

*Clem. x. de homic. volunt. Eand. ob causam reperitur in iudicio confessio extraiudicialis, si geminata, vel iurata sit, quæ geminatio parit præsumptè maioris deliberationis præsertim ex intervallo, & diverso tempore facta. Socin. consil. 15. l. ason in Rubr. de verb. obl. Idem condemnari absque ulteriori examine potest secundum illud. ex ore tuo te iudico. Gaill. l. 2. obs. 105. Mynsing. decade 1. resp. 1. & 7. Menoch. casu 89. Barb. in c. cum super de confess. Melonius thesaur. Iuris Feud. tit. 48. n. 1. Item tit. 46. n. 13.*

**II.** Non minor fides oculis debetur sensuum omnium fidissimo, & certissimo obscuritas per illam, & dubia expedite tolluntur. Quando in matrimonii causa de pubertate ambigitur, ex habitu corporis cognosci posse. *c. puberes de dispens. in pub. indicat: integritas quoque obstetricum oculis, & probationi committitur. c. proposuisti & c. causam matrimonii de probat. c. nec aliqua 27. q. 1. additis etiam matrisfamil. probis mulieribus. c. Fraternitatu de frig. & malef. Funt insuper locorum inspectiones per ipsum iudicem, quæ res controversas oculis suis subijcit. l. si irruptione finium regund. tit. & secundum ea, quæ viciat, iubet depingi ichnographiam, vel topographiam. Sunt etiam in aliis questionibus de visu probationes receptæ, ut in 1. præterea: 27. de testibus c. literis 12. & c. Tertio 13. de præsumpt. Paulus Castrens. in l. si C. famil. hercis. Tholos. l. 48. c. 10. Bérlich; par. 2. conclus. 24. n. 36.*

Hinc testis de visu aliunde non suspectus, sed integer aliis omnibus longè præfertur, & sufficit ad torturam reo adhibendam. *l. si quis C. ad tul. maiest. & ibi*

& ibi Glo. & DD. notant. *Cepola conf. 39. n. 49. Gomez. To. 3. c. 13. lul. Clar. §. fin. q. 21. n. 2. Dambaud. in pract. n. 15. Azor. III. l. 13. c. 24. cir. fin. Zanger. Tract. de Tortur. c. 2. n. 17. & seq. Silvest. v. testis. n. 4. Barb. in c. Evidentia de accusationibus.*

III. Instrumenta, quæ iudici fidem faciant duplicia sunt, alia publica, alia privata. l. §. C. de probat. Instrumentum publicum dicitur ea scriptura, quæ publicæ personæ, velut tabellionis, seu notarii publici, vel alicuius alterius, ad cuius officium spectat, manu conficitur in debita forma, quæ in eo consistit, ut fiat à Notario publico, vel alio ex mandato iudicis, aut à paribus ad id rogato, rei, de qua agitur, gnaro, cum expressione anni, indicationis, mensis, diei & loci, in quo fit contractus ipse, vel actus, qui instrumento continetur.

Præterea inscribenda sunt nomina testium, cum ipsius Notarii nomine, & subscriptione. c. inter dilectos. de fide instrum. Solet etiam nomen Regis, Imperatoris, aut Principis, in cuius ditione fit, apponi. Hoc modo confecta instrumenta plenam fidem faciunt, donec contrarium probet. *Cum precibus C. de probat. l. Generalit. C. de non num. pecun. c. cum dilecti de donat. Gaill. l. 2. obs. 71. Treutler. vol. II. disp. §. n. 1. 2. & seq.*

Eandem vim obtinent. I. instrumenta sigillo aliquo publico, & authentico munita, cuiusmodi est sigillum Episcopi c. possessionem de probat.

2. Scripturæ, qualescunque, quæ archivo publico extrahuntur. c. ad audientiam de præscript. 3. duæ sunt apud acta publica. l. 1. & 2. C. qui in Eccl. manumitt. 4. Scriptura hominis habens

subscriptionem scribentis, & testium. l. scripturas C. qui potiores in pign. nisi forte scriptura non lecta subscriptum sit. v. Wehnerum l. obs. practicas. in v. Driesside & Diefunde.

Instrumentum privatum generaliter est omnis scriptura à privata persona non notario confecta, sive authentica sit, sive non. Iam quod affectum probandi attinet, multum discrepant publica, & privata. Illa fidem merentur quasi testis legitimi; hæc pro arbitrio iudicis considerata, qualitate, & dignitate auctorum. *Limita 1. si trium testium subscriptione munita sint, 2. si longo tempore inter partes servata, 3. si agatur pro modica summa, 4. si accipiant aliunde robur, ut fiant authentica, 5. si iuramentum additum sit, 6. si inter partes convenerit, ut instrumentum privatum plenè probet.* Denique si ab adversario scribentis approbatum sit. At contra scribentem, si causam expressam habeat, ex qua debitum petitur, plenam fidem facit, etiam nullo teste ascripto. Si autem causa non sit addita, contra scribentem nihil probat. *Vvesenbec. l. 22. tit. 4. Bartol. & DD. in auth. et si contractus C. de fide instrum. Vallens. l. 2. tit. 22. §. 2. Maranta p. 6. §. de instrum. product. n. 1. & seq.*

Nota. In delictis & pro delictis non serviunt nec producantur instrumenta propter metum falsi; maximus usus in contrariis est. c. cum in Eccl. de Mai. & obed. Clarus §. fin. q. 54. Treutler. l. c. n. 7. Melonius tit. 46. n. 15. n. 23. & seq.

IV. Prædicta instrumenta in iudicio edi debent instar aliarum probationum, & parte citata post litem contestatam.

estram, alias non probant. *Barb. in c. cum dilectus de fide instrum.* Produci etiam possunt, non solum in termino probatorio, sed etiam intra terminum, intra quem examinari debent testes, sed usque ad conclusionem in causa *c. cum dilectus*, quia in hac productione non est metus subornationis, qui in testibus subest, nisi fortè iudex præscripserit tempus, intra quod cuncta instrumenta producantur. *Specul. in tit. de instrum. edis §. nunc dicamus. Ferrar. in formula production. instrumentor. subinit. Maranta l. cit. n. 15.*

Quod diximus non probare instrumenta, nisi post litem contestatam, &c. producantur, non caret limitationibus, quas explicat *Socinus in reg. 184.*

Magis interest nosse iudicialia instrumenta stricti iuris esse, ita ut literæ insistentium sit, nec extendere liceat extra ea, de quibus rogatus fuit notarius, & quibus ipse interfuit. Præterea quemadmodum iis tantum profunt, qui nominantur, ita iisdem tantum nocent, aliis verò minimè nec contra alios quicquam probant, nec in præiudicium tertii iniqua interpretatione contorquenda sunt. *Vvesenbec. l. 22. tit. 4. Mynsing. centur. 6. obs. 56. Vallens. l. 2. tit. 22. §. 5. Gaill. l. 1. obs. 105. Castr. in l. 1. & 2. de edend. Truc. l. cit. n. 4.*

V. Aliud probationum genus constituit præsumptio, quæ, ut in *Prolegom. §. 15.* diximus, duplex est, hominis & iuris: hæc iterum dividitur in eam, quæ est iuris tantum, & quæ iuris, ac de iure. Præsumptionem hominis non habere in probando vim maiorem, quam opi-

nio viri prudentis, in confesso est. Igitur si non levi fundamento nixa, & verè probabilis sit, sufficere potest ad semiplenam probationem, *c. inquisitioni 44. de sent. excomm.*

Imo ad torturam sufficere *Bart. censet in l. 1. tit. de question.* uti famem quoque in *l. de minore §. plurium tit. de question.* Quod de fama in crimine difficilis probationis etiam admittit. *Iul. Clarus §. fin. q. 21.* sed contradicunt merito alii, DD. *apud Torreblanca Damonologia l. 3. c. 17. n. 11.* Non facit ergo semiplenam probationem aut fama, aut præsumptio hominis non violenta, nisi aliis indiciiis adiuvetur, & famam duo testes omni exceptione maiores probent. Nam & cogitationes hominum incertæ sunt, & fama mendax, ne tum quidem, cum aliquid veri asserit, sine mendacii vitio est, ut scribit *Tertull. in apologet. c. 7.* & refert *Tiraquell. in causa 27. n. 4. V. Zengerum tract. de question. & tort. c. 2. n. 82. Menoch. l. 1. præsumpt. 7. n. 4. Vvesenbec. l. 22. tit. 3. Tusch. Concl. 611. 634. & 780.*

VI. Præsumptio iuris liquidissima probatio vocatur. *in l. licet Imperator. 74. tit. de legat. 1. c. cum dilecti & ibi Abb. de donat. pro veritate habetur, & recipitur, quando in contrarium nihil adfertur. l. fin. tit. quod metus causa c. 1. de præsumpt. & ibi DD.* Præterea onus probandi in advertarium reicit *c. insinuatione de procur. & contra quem præsumptio constitit, fortioribus & apertissimis probationibus repellere debet. l. ult. cum Glo. tit. quod metus causa.* Quamobrem, ut in *proleg. l. cit.* notatum est, potentior iuris præsumptio est, quam semiplena probatio, quia hæc non reicit onus probandi

bandi in aduersarium, nec iuramentum  
suppletorium defertur illam habenti.  
Tholos l. 48. c. 11. Vvesenbec. l. 22. Tit. 3. n. 15.  
Mynsing. Cent. 5. obs. 68.

Non excludit tamen probationem  
contrariam. l. Cum de in debito Tit. de probat.  
l. fin. Tit. quod metus causa Menoch. l. 1. de pra-  
sumpt. q. 30. Et quemadmodum solis  
omni tenebrae, sic illata lucis veritate tol-  
litur praesumptio. l. pen. §. mulier. Tit. de  
probat. l. Non omnes. §. à barbaris. Tit. de re  
militari. l. merito. Tit. pro socio. c. fin. de pra-  
sumpt. v. proleg. §. 5. n. xv. Tuschum. Con-  
sul. 634.

VII. Praesumptio Iuris, & de iure ple-  
nam fidem facere censetur, ita ut in con-  
trarium nullam probationem admittat.  
c. Is qui fidem. 30. de sponsalibus. quod mul-  
tis exemplis Az. declarat. v. Prolegom. lo. cit.

Illud nihilominus communi DD.  
calculo approbatum manet, neminem  
ex solis praesumptionibus ad capitalem,  
& valde gravem poenam damnandum  
esse. l. ult. C. de poen. iud. qui male iudic. l. qui  
sententiam C. de prob. l. qui accus. eod. de eden.  
l. absentem. Tit. de poen. Tuschus Concl. 789.  
Probationes enim in criminalibus praer-  
ferim capitalibus luce clariores esse o-  
portet. l. fin. C. de probat. v. Sanchi. l. 6. Con-  
sul. c. 3. Dub. 12. n. 5. Barb. tamen in c. afferte.  
de praesumpt. cum neminem criminaliter  
damnari posse ex praesumptionibus vio-  
lentis & vehementibus tradidisset, alle-  
gato DD. grandi numero subdit, si praer-  
sumptiones sint iuris, & de iure, sufficere  
ad condemnandum criminaliter etiam  
poenam corporali & capitali: pro qua o-  
pinione inducit Farinac. sed frustra. fa-  
rinac. enim in q. 52. n. 65. diserte affirmat,  
non poenam ordinariam, sed extraordinariam

iudicis arbitrio puniendum esse reum,  
quia inquit, ex regula generali Iudex de-  
bet multum temperare suam sententi-  
am, quando reum condemnat ex praer-  
sumptivis probationibus. Eadem alio-  
rum mens est, & cum primis Smanca in  
Enchir. c. 40. n. 21. Quamvis propter  
praesumptiones non imponatur poena  
ordinaria, propter eas tamen proceditur  
ad remedia extraordinaria, aliasque poe-  
nas arbitrarias. Valent. d. 6. q. 13. pun. 4.  
Tanner. d. 4. q. 5. nu. 28. Melonius Tit. 46.  
num. 54.

VIII. Praesumptionem Iuris & de iure,  
non necessario allegandam esse in iu-  
dicio Menochius tradit l. 1. de praesumpt. q.  
48. Bald. Consil. 250. l. 1. Cum enim illam  
pro veritate Ius agnoscat, eam sequi Iu-  
dex omnino tenetur: eam vero, quae Iu-  
ris tantum appellatur, tunc allegandam  
quando ex proprio facto nascitur, vel  
circa proprium factum versatur. Exempla  
gratia. Qui olim, & à longo tempore  
licuius fundi dominus fuit, etiam hodie  
dominus esse praesumitur, nihilominus  
suborta lite eiusmodi praesumptio alle-  
ganda est (nisi ex actis probatoriis col-  
ligi possit) ne Iudex falso imagineur il-  
lam praesumptionem à te negligi, & non  
non velle. Nec iuvat dicere, quod il-  
lam, licet omittatur, supplere possit.  
Quamvis enim verum illud sit, & possit,  
non tenetur tamen, imò ne potest qui-  
dem quando pars nullum factum in iu-  
dicio protulit, ex quo colligi queat. Si  
autem in iudicio factum prolatum sit,  
in quo praesumptio fundatur, supplebit  
Iudex, cuius est ea, quae iuris sunt, à par-  
tibus neglecta, supplere. l. un. C. ut quae  
desunt. Idcirco allegare sufficit dicitur

nam

nam multorum annorum possessionem quia ex illa necessario per præsumptionē concluditur, hodie quoque perdurare.

Cæterum hominis præsumptio, cum ut alienum quodlibet factum, iudici ignota sit, omnino alleganda est. *V. qua diximus in Prolegom. §. 15. n. 1x. Tholof. l. 48. c. 17. Tufchus. Concluf. 635.*

IX. Indicium aliqui à simplici præsumptione distinguunt, & minus quid esse volunt, quam semiplenam probationem. *Corneus. Consil. 101. l. 2. quod vellem, exemplis declararent. Ut ut sit, pro rectitudine, & æquitate sententiæ ferendæ iudici ad indicia & probationes cōglobatas attendendum est. Quod enim per se exiguum est, aliorum accessu augetur, & aggravatur. c. Cum causam de probat. ubi Barb. notat plures imperfectas probationes etiam diversi generis,*

si ad eundem finem tendant, coniungi posse ad faciendam plenam probationem, intellige in civilibus, & criminalibus pecuniariis tantum. *Sanch. l. 6. Consil. c. 3. d. 14.*

Quot verò imperfectæ probationes ad perfectam sufficiant, propter nimiam varietatem impossibile est ad æquatem definire. *Silv. v. Indicium n. 3. duo levia indicia constituere unum sufficiens ad torturam dicit ex Bart. in l. fin. Tit. de question. Quod si verum est, multo magis tria, & quatuor sufficiēt. Verum boni, & periti iudicis arbitrio relinquendum est, qui adhibitis aliorum prudentium virorum consiliis dispiciat, secundum varietatem causarum, & personarum, quid in particularibus iudiciis sequendum sit. *Mynsingent 6 obs. 97. Damhauder. in Pract. Crim. c. 36. Armilla. v. Indicium n. 3.**

## TITVLVS V.

### De Testibus.

**T**estium alii dicuntur locupletes, olim assidui, & classei *Gell. l. 16. c. 10.* hodie integri, idonei, omni exceptione maiores. *l. Optimam 14. C. de contrahen. & committen. stipul.* Alii verò suspecti non maiores omni exceptione, testes nimirum improprie dicti. *Glo. singul. in l. 2. §. Idem Labeo. De aqua pluvia arden.* Ex his rursus aliqui vocantur viles, redempti, corrupti, mercenarii, falsi,

iniurati, singulares, domestici, varij, contrarii, vacillantes, instabiles. Idonei testes, quando reip. interest, etiam inviti ad testimonium ferendum compelluntur, licet advenæ, & peregrini sint. In quem finem aliquando multa indicitur, aliquando pignora capiuntur. Qui verò sponte ingerunt se, suspecti habentur. *VVesemb. l. 22. Tit. ut. 5. pro quorum pleniore intelligentia sit.*